

Postquam exisset Dominus de templo Judaeorum, quid fecerit in populo gentium, imo totius humani generis, audiamus. Sequitur enim Evangelista, et ait:

*Praeteriens vidit hominem caecum a nativitate.*¹

Ea quippe, quae fecit Dominus noster Iesus Christus, stupenda atque miranda, et opera et verba sunt. Opera, quia facta sunt: verba, quia signa sunt. Si ergo quid significet hoc, quod factum est, cogitemus, genus humanum est iste caecus. Haec enim caecitas contigit in primo homine per peccatum, de quo omnes originem duximus, non solum mortis, sed etiam iniquitatis. Si enim caecitas est infidelitas, illuminatio est fides, quem fidelem, quando venit Christus, invenit,

ideo Evangelista de Christo dicit, *Et praeteriens*. Sic praeterit enim Christus, et non in via peccatorum nostrorum stetit, sicut in quadam parabola ipse Dominus ait: *Venit enim Samaritanus secus viam (Luc. XIX)*². Qui venit sanare vulneratum semivivum, praeteriens caecum illuminat. Qui vulneratus in parabola dicitur, hic in re gesta caecus illuminatur.

Vidit ergo hominem caecum, non utcumque caecum, sed a nativitate caecum. Omnes enim homines praeter illum solum, qui ex virgine natus est, originali peccato caeci, id est, cum peccato nati sunt, quod ex radice peccatrice primi parentis traxerunt.

Interrogaverunt eum discipuli ejus, *Rabbi*.³ Scis quia Rabbi magister est. Magistrum appellabant, quia discere desiderabant. Quaestionem quippe Domino proposuerunt tanquam magistro.

Quis peccavit? hic, aut parentes ejus? Respondit Iesus: Neque hic peccavit, neque

Ascoltiamo cosa fece il Signore davanti al popolo delle genti, anzi a tutto il genere umano, dopo che fu uscito dal tempio dei Giudei. Infatti l'Evangelista prosegue, e dice: *Passando, vide un uomo cieco dalla nascita.*

Tutto ciò che di straordinario e meraviglioso fece nostro Signore Gesù Cristo sono opere e parole. Opere, perché sono “fatti”⁵⁸, parole, perché sono segni⁵⁹. Se dunque riflettiamo cosa significhi questo, che è “fatto”: il genere umano è questo cieco. Infatti tale cecità, per via del peccato, toccò al primo uomo, dal quale tutti abbiamo tratto l'origine, non solo della morte ma anche dell'iniquità. Se infatti l'infedeltà è cecità, la fede è illuminazione, [e], quando Cristo viene, trova quel fedele;

per questo l'Evangelista dice di Cristo: *[E] passando*. Così infatti passò Cristo, e non stette nella via dei nostri peccati, come lo stesso Signore dice in una parabola: *un Samaritano, [...], passandogli accanto* (cfr Lc 10, 33). Colui che venne a sanare un ferito semivivo, passando illumina un cieco. Quello che nella parabola è detto ferito, qui, nel fatto, è un cieco cui viene data la vista. Vide dunque un uomo cieco, non un cieco qualunque, ma cieco dalla nascita. Infatti, tutti gli uomini, tranne quello solo che è nato dalla vergine, sono ciechi per il peccato originale, vale a dire che, essendo nati nel peccato, lo hanno tratto dalla radice del primo genitore.

I suoi discepoli lo interrogarono: Rabbi. Sai che Rabbi è “Maestro”. Lo chiamavano Maestro, perché volevano imparare. E appunto come ad un maestro rivolsero al Signore la domanda.

Chi ha peccato, lui o i suoi genitori?. Rispose Gesù: Né lui ha peccato né i suoi

TRACTATUS XLIV

Exiens vidit hominem caecum a nativitate(Io 9, 1-41).

Caeci huius illuminati commendo mysterium. Genus humanum est iste caecus; haec enim caecitas contigit in primo homine per peccatum, de quo omnes originem duximus, non solum mortis, sed etiam iniquitatis. Si enim caecitas est infidelitas, et illuminatio fides, quem fidelem quando venit Christus invenit?

1. De homine quem Dominus Iesus illuminavit, qui caecus natus fuit, prolixa lectio recitata est: quam si universam pertractare conemur, pro sui dignitate, sicut valemus, singula considerantes, non sufficit dies. Proinde peto et admoneo Caritatem vestram, ut in iis quae aperta sunt, sermonem nostrum non requiratis: nam nimis longum erit in singulis immorari. Breviter ergo caeci huius illuminati commendo mysterium.

Ea quippe quae fecit Dominus noster Iesus Christus stupenda atque miranda, et opera et verba sunt: opera, quia facta sunt; verba, quia signa sunt. Si ergo quid significet hoc quod factum est cogitemus, genus humanum est iste caecus: haec enim caecitas contigit in primo homine per peccatum, de quo omnes originem duximus, non solum mortis, sed etiam iniquitatis. Si enim caecitas est infidelitas, et illuminatio fides; quem fidelem quando venit Christus invenit?

Quandoquidem Apostolus natus in gente Prophetarum dicit: *Fuimus et nos aliquando natura filii irae, sicut et caeteri*. Si filii irae, filii vindictae, filii poenae, filii gehennae. Quomodo natura, nisi quia peccante primo homine, vitium pro natura inolevit? Si vitium pro natura inolevit, secundum mentem omnis homo caecus natus est. **Si enim videt, non opus habet ductore; si opus habet ductore et illuminatore, caecus est ergo a nativitate.**⁶⁸

2. Venit Dominus: quid fecit? Magnum mysterium commendavit. *Exspuit in terram*, de saliva sua lutum fecit: quia *Verbum caro factum est*. Et inunxit oculos caeci. Inunctus erat, et nondum videbat. Misit illum ad piscinam quae vocatur Siloe. Pertinuit autem ad Evangelistam commendare nobis nomen huius piscinae; et ait: *Quod interpretatur Missus*. Iam quis sit missus agnoscitis: nisi enim ille fuisset missus, nemo nostrum esset ab iniquitate dimissus. Lavit ergo oculos in ea piscina quae interpretatur Missus, baptizatus est in Christo. Si ergo quando eum in seipso quodammodo baptizavit, tunc illuminavit; quando inunxit, fortasse catechumenum fecit. Potest quidem aliter atque aliter tanti sacramenti exponi profunditas et pertractari: sed hoc sufficiat Caritati vestrae;⁶⁹

audistis grande mysterium. Interroga hominem: Christianus es? Respondet tibi: Non sum, si Paganus est aut Iudaeus. Si autem dixerit: Sum; adhuc quaeris ab eo: Catechumenus, an fidelis? Si responderit: Catechumenus; inunctus est, nondum lotus. Sed unde inunctus? Quaere, et respondet; quaere ab illo in quem credat: eo ipso quo catechumenus est, dicit: In Christum. Ecce modo loquor et fidelibus et catechumenis. Quid dixi de sputo et luto? Quia Verbum caro factum est. Hoc et catechumeni audiunt: sed non eis sufficit ad quod inuncti sunt; festinent ad lavacrum, si lumen inquirunt.

3. Iam ergo propter quasdam in hac ipsa lectione quaestiones, verba Domini et ipsius universae lectionis percurramus potius quam tractemus. *Exiens vidit hominem caecum*: non utcumque caecum, sed, *a nativitate*.

Et interrogaverunt eum discipuli eius: Rabbi. Scitis Rabbi quia magister est. Magistrum appellabant, quia discere desiderabant: quaestionem quippe Domino proposuerunt tanquam magistro:

Quis peccavit, hic, an parentes eius, ut caecus nasceretur? Respondit Iesus: Neque hic

¹ Gv 9, 1 Vulg.: “Et praeteriens Iesus vidit hominem caecum a nativitate.”.

² In realtà Lc 10, 33 Vulg.: “Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum:”. Pertanto il testo italiano esige di essere adattato.

³ Gv 9, 2.

⁵⁸ Non vorrei sbagliare, ma mi pare che Beda, e Agostino, giochino col “fatto”, sinonimo di “opera”, e “fatto”, participio passato di “fare”; potremmo dire che è “un fatto fatto”. Ho cercato di riprodurre questo gioco.

⁵⁹ Mantengo questo termine, ma invitando ad accoglierlo nell'ampiezza di significato che gli viene attribuito soprattutto in ambito linguistico.

⁶⁸ Come vedremo, il passo che segue è utilizzato da Beda più oltre. Pertanto, forse non a caso, questo passo, che non ha paralleli testuali, trova corrispondenza tematica in un passo di Beda che segue immediatamente quello utilizzato (allineato al §7 di Agostino), evidenziato con pari colore.

⁶⁹ Più oltre, un passo di Beda identico, allineato al §7 del presente tractatus 44 di Agostino, evidenziato con pari colore.

*parentes ejus, ut coecus nasceretur.*⁴ Quid est quod dixit? Si nullus homo sine peccato, nunquid parentes hujus caeci sine peccato erant? Nunquid ipse sine peccato originali natus erat, vel vivendo nihil addiderat?

Si ergo et parentes ejus habuerunt peccatum, et iste habuit peccatum, quare Dominus dixit: *Neque hic peccavit, neque parentes ejus?* nisi ad rem respondit, de qua interrogatus est, cur caecus nasceretur. Habebant enim peccatum parentes ejus, sed non ipso peccato factum est ut caecus nasceretur. Si ergo non peccato parentum factum est, ut caecus nasceretur, quare caecus natus est? Audi magistrum docentem. Querit credentem, ut faciat intelligentem. Ipse causam dicit, quare sit ille caecus natus, *Neque hic peccavit, inquit, neque parentes ejus.*

*Sed ut manifestentur opera Dei in illo.*⁵

Non solum quid in hoc tantummodo caeco acturus sum, sed ut manifestetur quid in caecitate totius humani generis per me agendum sit.

Deinde secutus adjunxit:

*Me oportet operari opera ejus, qui misit me, donec dies est.*⁶ Mementote quomodo universam gloriam illi dat, de quo est, quia ille habet filium, qui de illo sit, ipse non habet, de quo sit.

Quae sunt opera Domini, propter quae venit Filius Dei in mundum? nisi caecitatem generis humani illuminare, vulnerata quaeque sanare, perdita quaerere, deformia reformare? Sed quid est, quod dixit: *Me oportet operari opera ejus qui me misit, donec dies est?*

*Venit enim nox, in qua nemo potest operari.*⁷

Constat expressum ac definitum diem commemorasse Dominum hoc loco seipsum, id est, lumen mundi.

*Quamdiu, inquit, sum in hoc mundo, lumen sum mundi.*⁸ Ergo ipse operatur. Quamdiu est autem in mundo? Putamus fratres eum fuisse hic tunc, et modo non hic esse? Si hoc putamus, jam ergo post ascensum facta est nox ista.

Quid est, quod ait discipulis, ascendens in coelum: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi (Matth. XXVIII).* Qui tunc corporali praesentia fuit in mundo, nunc divina potentia praesens est ubique in mundo. Audivimus diem, audiamus quae sit nox ista.

genitori, perché sia nato cieco. Cos'è che ha detto? Se nessun uomo è senza peccato, forse che i genitori di questo cieco erano senza peccato? Forse che lui era nato senza il peccato originale o, vivendo, non vi aveva aggiunto nulla?

Ora, se anche i suoi genitori avevano il peccato, e anche lui ebbe il peccato, perché il Signore disse: *Né lui ha peccato né i suoi genitori?* se non che rispose a quanto gli era stato chiesto: perché quello era nato cieco. Infatti i suoi genitori avevano il peccato, ma non per questo peccato successe che nascesse cieco. Se dunque non fu per il peccato dei genitori che nascesse cieco, perché è nato cieco? Ascolta il Maestro che spiega. Cerca il credente per renderlo intelligente. Egli ti spiega la ragione per cui quello è nato cieco: *Né lui ha peccato, dice, né i suoi genitori.*

Ma è perché in lui siano manifestate le opere di Dio.

Non solo ciò che sto per fare a questo cieco soltanto, ma perché sia manifestato ciò che per il mio tramite sta per essere fatto per la cecità di tutto il genere umano.

Poi, proseguendo, aggiunse:

Bisogna che io compia le opere di colui che mi ha mandato finché è giorno. Notate come attribuisce tutta la gloria a colui dal quale è; perché questi ha un Figlio che da lui è, ed egli stesso non ha da chi essere.

Quali sono le opere del Signore, perché è nato cieco? Ascolta il Maestro che spiega. Non ridare luce alla cecità del genere umano, e sanare i feriti, cercare chi si è perso, ridare bellezza a chi è deforme? Ma cosa significa ciò che disse: *Bisogna che io compia le opere di colui che mi ha mandato finché è giorno?*

Poi viene la notte, quando nessuno può agire.

Risulta chiaro e preciso che il Signore in questo passo abbia identificato se stesso con il giorno, cioè la luce del mondo.

Finché, dice, io sono nel mondo, sono la luce del mondo. Egli quindi opera. Ma fino a quando è nel mondo? Riteniamo, fratelli, che c'era allora e adesso non c'è più? Se riteniamo questo, vuol dire che ormai dopo l'ascensione cominci questa notte.

Questo è ciò che disse ai discepoli ascendendo in cielo: *Ed ecco, io sono con voi tutti i giorni, fino alla fine del mondo (Mt 28, 20).* Lui che allora fu nel mondo con una presenza corporale, ora è presente ovunque nel mondo con la potenza divina. Abbiamo ascoltato del giorno, ascoltiamo quale sia questa notte.

peccavit, neque parentes ejus, ut caecus nasceretur. Quid est quod dixit? Si nullus homo sine peccato, numquid parentes huius caeci sine peccato erant? Numquid ipse vel sine originali peccato natus erat, vel vivendo nihil addiderat?

An quia oculos clausos habebat, concupiscentiae minime vigilabant? Quanta mala committunt caeci! A quo malo abstinet mens mala, etiam clausis oculis? Non poterat videre, sed noverat cogitare, et forte concupiscere aliquid quod caecus non posset implere, sed in corde iudicari a cordis perscrutatore.

Si ergo et parentes ejus habuerunt peccatum, et iste habuit peccatum; quare Dominus dixit: *Neque hic peccavit, neque parentes ejus:* nisi ad rem de qua interrogatus est, *ut caecus nasceretur?* Habebant enim peccatum parentes ejus, sed non ipso peccato factum est ut caecus nasceretur. Si ergo non peccato factum est parentum ut caecus nasceretur, quare caecus natus est? Audi magistrum docentem: quaerit credentem, ut faciat intellegendum. Ipse causam dicit quare ille caecus sit natus: *Neque hic peccavit, inquit, neque parentes ejus:*

sed ut manifestentur opera Dei in illo.

4. Deinde quid sequitur?

Me oportet operari opera ejus qui misit me. Ecce est ille missus in quo faciem lavit caecus. Et videte quid dixerit:

Me oportet operari opera ejus qui misit me, donec dies est. Memento te quomodo universam gloriam illi dat de quo est: quia ille habet filium qui de illo sit, ipse non habet de quo sit.

Sed quare dixisti: Domine,

donec dies est?

Audi quare.

Venit nox quando nemo potest operari.

Nec tu, Domine? Itane tantum valebit nox illa, ut nec tu possis in ea operari, cuius opus nox est? Puto enim, Domine Iesu, imo non puto, sed credo atque confirmo te ibi fuisse, quando dixit Deus: *Fiat lux; et facta est lux.* Si enim Verbo fecit, per te fecit: et ideo dictum est: *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Divisit Deus inter lucem et tenebras; lucem vocavit diem, et tenebras vocavit noctem.*

Vobiscumque quaero, vobiscum inveniam a quo quaero.

5. Quae est illa nox, quae cum venerit, nemo poterit operari? Audi quid sit dies, et tunc intelleges quae sit nox. Unde sumus audituri quisnam sit dies iste? Ipse dicat: *Quamdiu in hoc mundo sum, lux sum mundi.* Ecce ipse est dies. Lavet oculos caecus in die, ut videat diem. *Quamdiu, inquit, in mundo sum, lux sum mundi.* Ergo nescio quae nox erit, quando ibi Christus non erit; ideo nemo poterit operari. Restat inquirere, fratres mei, patienter accipite inquirentem me: vobiscum quaero, vobiscum inveniam a quo quaero.

Constat, expressum ac definitum est, diem commemorasse Dominum hoc loco seipsum, id est lumen mundi:

Quamdiu, inquit, sum in hoc mundo, lux sum mundi. Ergo ipse operatur.

Quamdiu est autem in hoc mundo? Putamus eum, fratres, fuisse hic tunc, et modo non hic esse? Si ergo hoc putamus, iam ergo post ascensum Domini facta est nox ista metuenda, ubi nemo possit operari: si post ascensum Domini facta est nox ista, unde Apostoli tanta operati sunt? Numquid ista nox erat, quando Spiritus sanctus veniens, et omnes qui in uno loco erant adimplens, dedit eis loqui omnium gentium linguis? Numquid nox erat quando claudus ille ad verbum Petri salvus effectus est, imo ad verbum Domini habitantis in Petro? Numquid nox erat quando transeuntibus discipulis aegri cum lectulis ponebantur, ut vel umbra transeuntium tangerentur? Dominus autem cum hic esset, neminem transiens umbra sua salvum fecit: sed ipse discipulis dixerat: *Maiora horum facietis.* Dixerat quidem Dominus: *Maiora horum facietis:* sed non se extollat caro et sanguis; audiat dicentem: *Sine me nihil potestis facere.*

Si modo operamur, hic est dies, hic est Christus.

⁴ Gv 9, 2-3 Vulg.: “Quis peccavit, hic, aut parentes ejus, ut coecus nasceretur? Respondit Iesus: Neque hic peccavit, neque parentes ejus.”; nel testo italiano la traduzione NCEI viene ordinata secondo il latino.

⁵ Gv 9, 3.

⁶ Gv 9, 4 NCEI traduce: “Bisogna che noi compiamo le opere di colui che mi ha mandato finché è giorno.”; sulla base di VulgN; nel testo viene adeguata a Vulg.

⁷ Gv 9, 4 Vulg.: “Venit nox, quando nemo potest operari.”;

⁸ Gv 9, 5 Vulg.: “quamdiu sum in mundo, lux sum mundi.”; Sabatier in nota: “Cantabr. Solus habet: *cum sum in saeculo, lumen sum mundi.*”.

Quid igitur? quid dicemus de nocte ista, quando erit, quando nemo poterit operari? Nox ista impiorum erit, nox ista eorum erit, quibus in fine dicetur: *Ite in ignem aeternum qui paratus est diabolo, et angelis ejus* (Matth. XXV).⁹ Sed et nox dicta est, non flamma, non ignis. Audi quia et nox est, de quodam servo dicit: *Ligate illi manus et pedes, et projicite eum in tenebras exteriores*.¹⁰ Operetur ergo homo, ne illa nocte praeveniatur, ubi nemo possit operari. Modo est, ut operetur fides per dilectionem. Et si modo operamur, hic est dies, hic est Christus. Audi promittentem, et ne arbitreris absentem.

Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi:¹¹

ibi enim erit nox, ubi nemo possit operari, sed recipere quod operatus est. Aliud est tempus operationis, aliud receptionis. *Reddet enim unicuique secundum opera sua* (Rom. II¹²). Audiamus sollicita mente Apostolum exhortantem nos operari dum tempus habemus: dicit enim: *Dum tempus habemus, operemur bonum* (Gal. VI)¹³. Quid enim Christus dixerit admonendo bonos, terrendo malos, audivimus. Sed videamus quid fecerit.

Haec cum dixisset, exspuit in terram, et fecit lutum ex sputo, et linivit lutum super oculos ejus, et dixit ei: Vade, et lava in natatoria Siloe, quod interpretatur missus.¹⁴

Quid fecit Dominus, perspicuum est. Illuminatio enim facta est in caeco, sed magnum mysterium commendatur in humano genere. Exspuit in terram, de saliva lutum fecit,¹⁵ quia Verbum caro factus est¹⁶, et unxit oculos caeci, inunctus erat, et nondum videbat. Mittit illum ad piscinam, quae vocatur Siloe. Pertinuit autem ad Evangelistam commendare nobis nomen hujus piscinae, et ait, *quod interpretatur missus*.¹⁷ Jam quis est missus, agnoscitis. Nisi enim ille fuisset missus, nemo nostrum fuisset ab iniquitate dimissus. Lavit ergo oculos in ea piscina, quae interpretatur missus, baptizatus est in Christo. Si ergo, quando eum in seipso quodammodo baptizavit, tunc illuminavit: quando inunxit, fortasse catechumenum fecit. Potest quidem aliter atque aliter tanti sacramenti exponi et pertractari profunditas; sed hoc sufficiat charitati vestrae.¹⁸

Ungitur catechumenus, id est, docetur ut credat in Christum: mittitur ad piscinam baptismi, ut illuminetur, ut lumen verum agnoscat, ut remissionem peccatorum accipiat, ut ex filio irae efficiatur Filius Dei, illuminatusque veniat praedicare Christum.¹⁹

Itaque vicini, et qui viderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic est, qui sedebat, et mendicabat? Alii dicebant, quia hic est; alii autem, nequaquam, sed similis est ejus.²⁰ Aperti oculi vultum mutaverant.

Che dunque? che diremo di questa notte: quando sarà, quando nessuno potrà più operare? Questa sarà la notte degli empi, la notte di coloro ai quali alla fine sarà detto: *[Andate] nel fuoco eterno, preparato per il diavolo e per i suoi angeli* (Mt 25, 41). Ma si parla di notte, non di fiamme né di fuoco. Ascolta perché c'è anche la notte: di un certo servo dice: *Legatelo mani e piedi e gettatelo fuori nelle tenebre*. Operi dunque l'uomo, per non essere sorpreso dalla notte in cui nessuno può operare. È l'ora che la fede operi mediante l'amore. E se ora operiamo, questo è il giorno, questo è Cristo. Ascolta colui che promette, e non giudicarlo assente.

Ed ecco, io sono con voi tutti i giorni, fino alla fine del mondo;

allora infatti sarà la notte, in cui nessuno potrà operare, ma ricevere [per] ciò che ha operato. Altro è il tempo dell'opera, altro quello della ricompensa. *Renderà a ciascuno secondo le sue opere* (Rm 2, 6).

Ascoltiamo con attenzione l'Apostolo che ci esorta ad operare mentre ne abbiamo l'opportunità; dice infatti: *Finché ne abbiamo l'occasione, operiamo il bene verso tutti* (Gal 6, 10). Infatti cosa disse Cristo ammonendo i buoni e atterrendo i malvagi lo abbiamo ascoltato. Ma vediamo cosa fece.

Detto questo, sputò per terra, fece del fango con la saliva, spalmò il fango sugli occhi del cieco e gli disse: «Va' a lavarti nella piscina di Siloe» – che significa Inviato.

Cosa ha fatto il Signore è assai chiaro. Infatti nel cieco è stata fatta luce, ma al genere umano è stato indicato un grande mistero. *Sputò in terra* e con la saliva fece del fango: perché *il Verbo si fece carne*, e spalmò gli occhi del cieco; il quale tuttavia, sebbene così unto, non vedeva ancora. Lo inviò alla piscina detta Siloe. L'evangelista si preoccupò di spiegarci il nome di questa piscina, dicendo: *che vuol dire Inviato*. Voi sapete già chi è l'inviato. Se infatti egli non fosse stato inviato, nessuno di noi sarebbe stato liberato dall'iniquità. Si lavò dunque gli occhi in quella piscina, che si traduce "inviato": fu battezzato in Cristo. Se dunque, allorché lo ha in qualche modo battezzato in se stesso, lo illuminò, quando lo spalmò lo fece per così dire catecumeno. Certo, la profondità di tanto sacramento si può esporre e sviscerare in più modi; ma alla vostra Carità basti questo.

È unto il catecumeno, vale a dire che è istruito perché creda in Cristo; è inviato alla piscina del battesimo, perché sia illuminato, per riconosca la vera luce, perché riceva la remissione dei peccati, perché da figlio dell'ira sia trasformato nel Figlio di Dio, e illuminato venga a predicare Cristo.

Allora i vicini e quelli che lo avevano visto prima, perché era un mendicante, dicevano: «Non è lui quello che stava seduto a chiedere l'elemosina?». Alcuni dicevano: «È lui»; altri dicevano: «No, ma è uno che gli assomiglia». Gli occhi aperti avevano cambiato il volto.

6. Quid igitur? quid dicemus de nocte ista? Quando erit, quando nemo poterit operari? Nox ista impiorum erit: nox ista eorum erit quibus in fine dicetur: *Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius*. Sed nox dicta est, non flamma, non ignis. Audi quia et nox est. De quodam servo dicit: *Ligate illi manus et pedes, et proicite eum in tenebras exteriores*. Operetur ergo homo dum vivit, ne illa nocte praeveniatur, ubi nemo possit operari. Modo est ut operetur fides per dilectionem: et si modo operamur, hic est dies, hic est Christus. Audi promittentem, et ne arbitreris absentem.

Ipse dixit: *Ecce ego vobiscum sum*. Quamdiu? Non sit in nobis sollicitudo qui vivimus: si fieri posset, de hac etiam voce posteros qui futuri sunt, securissimos faceremus.

Ecce, inquit, ego vobiscum sum usque in consummationem saeculi.

Dies iste qui circuitu solis huius impletur, paucas horas habet, dies praesentiae Christi usque in consummationem saeculi extenditur. Post resurrectionem vero vivorum et mortuorum, cum positus ad dexteram dixerit: *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum*, positus autem ad sinistram dixerit: *Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius*:

ibi erit nox ubi nemo potest operari, sed recipere quod operatus est.

Aliud est tempus operationis, aliud receptionis: reddet enim Dominus unicuique secundum opera sua.

Cum vivis, fac, si facturus es: erit enim tunc nox valida, quae involvat impios. Sed et modo omnis infidelis, quando moritur, illa nocte suscipitur: non est ut illic aliquid operetur. In illa nocte dives ardebat, et stillam aquae de digito pauperis requirebat: dolebat,angebatur, fatebatur, nec ei subveniebatur; et conatus est benefacere. Ait enim Abrahæ: *Pater Abraham, mitte Lazarum ad fratres meos, ut dicat illis quid hic agatur, ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum*. O infelix! quando vivebas, tunc erat tempus operandi; modo iam in nocte es, in qua nemo possit operari.

7. *Haec cum dixisset, exspuit in terram, et fecit lutum ex sputo, et linivit lutum super oculos ejus, et dixit ei: Vade, et lava in natatoria Siloe (quod interpretatur Missus)*.

Abiit ergo, et lavit, et venit videns. Haec quia manifesta sunt, transeamus.

Caecus annuntiator factus est gratiae.

8. *Itaque vicini, et qui videbant eum prius quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic est qui sedebat, et mendicabat? Alii dicebant: Quia hic est; alii: Nequaquam, sed similis est eius*. Aperti oculi vultum mutaverant.

⁹ Mt 25, 41 Vulg.: "Discedite a me maledicti in ignem aeternum qui paratus est diabolo, et angelis eius."; Sabatier in nota, oltre ad Agostino: "Auct. l. de promiss. dimid. temp. c. 19. col. 202. 2. *Ite in ignem aeternum, quem praeparavit Pater meus diabolo, &, &c*". la traduzione viene allineata al testo latino.

¹⁰ Mt 22, 13 Vulg.: "Ligatis manibus, et pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores."; Sabatier in nota, oltre ad Agostino: "Auct. op. imp. in Matth. hom. 41. p. 175. d. *Tunc dicet rex ministris: Ligate ei manus & pedes, & mittite eum in tenebras exteriores*:".

¹¹ Mt 28, 20.

¹² Rm 2, 6 Vulg.: "qui reddet unicuique secundum opera ejus."; Sabatier in nota attesta "opera sua" per Agostino e altri. Cfr Ap 22, 12; cfr Mt 16, 27; cfr Ap 2, 23; cfr Pv 24, 29.

¹³ Gal 6, 10 NCEI traduce: "Poiché dunque ne abbiamo l'occasione, operiamo il bene"; il contesto del commento suggerisce di optare per un valore temporale di "dum".

¹⁴ Gv 9, 6-7.

¹⁵ Gv 9, 6; per il seguito cfr.

¹⁶ Gv 1, 14. Così è a stampa; ma temo non possa che essere considerato errore.

¹⁷ Gv 9, 7.

¹⁸ Passo identico in Agostino, più sopra, al §2 di questo tractatus 44; evidenziato con pari colore.

¹⁹ Forse non a caso, questo passo, che non ha paralleli testuali, trova corrispondenza tematica sempre al §2 di questo trattato, evidenziato con pari colore.

²⁰ Gv 9, 8-9 Vulg.: "...sed similis est ei."

*Ille dicebat, quia ego sum.*²¹ Vox grata, ne damnaretur ingrata.

*Dicebant ergo ei: Quomodo sunt aperti oculi tui? Respondit: Ille homo, qui dicitur Christus, lutum fecit, et unxit oculos meos, et dixit mihi: Vade ad natatoriam, et lava, et abii et lavi, et video.*²²

Ecce annuntiator factus est gratiae.

Ecce evangelizat, confitetur videns. Caecus ille confitebatur, et cor impiorum ringebatur, quia non habebant in corde, quod iam ille habebat in facie.

Dixerunt ei, Ubi est ille?

*ait, Nescio.*²³ In his verbis animus ipsius adhuc inuncto similis erat nondum videnti. Sed ponamus, fratres, tanquam illam inunctionem in animo habuerit, et praedicat, et nescit, quem praedicat.

*Adducunt eum ad Phariseos, qui coecus fuerat. Erat autem sabbatum quando lutum fecit Jesus, et aperuit oculos ejus. Iterum ergo interrogabant eum Pharisei, quomodo vidisset. Ille autem dixit: Lutum posuit mihi super oculos meos, et lavi, et video. Dicebant ergo ex Phariseis quidam.*²⁴

Non omnes, sed quidam: iam enim inungebantur quidam. Quid ergo dicebant, nec videntes, nec uncti?

*Non est iste homo a Deo, qui sabbatum non custodit.*²⁵ Ipse potius custodiebat, qui sine peccato erat. Sabbatum enim spiritale hoc est, non habere peccatum.

Denique, fratres, hoc admonet Deus, quando commendat sabbatum: *Omne opus servile non facietis (Levit. XXIII)*. Haec sunt verba Dei Sabbatum commendantis: *Omne opus servile non facietis*. Jam superiores lectiones interrogate, quod sit opus servile, et a Domino audite: *Omnis qui facit peccatum servus est peccati (Joan. VIII)*. Sed isti nec videntes, ut dixi, nec inuncti, Sabbatum carnaliter observabant, spiritualiter violabant.

*Alii dicebant: Quomodo potest homo peccator haec signa facere?*²⁶

Ecce sunt inuncti.

*Et schisma erat in eis.*²⁷ Dies ille divisus erat inter lucem et tenebras.

*Dicunt ergo caeco iterum: Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos?*²⁸ Quid de illo sentis?

Quid existimas? Quid iudicas? Quaerebant quemadmodum homini calumniarentur, ut de synagoga pelleretur, sed a Christo inveniretur. Sed ille constanter, quod sentiebat, expressit. Ait enim:

*Quia propheta est.*²⁹ Adhuc quidem inunctus in corde, nondum Dei Filium confitetur, nec mentitur tamen. Ipse Dominus de seipso ait: *Non est propheta sine honore, nisi in patria sua (Joan. IV³⁰)*.

*Non crediderunt ergo Iudaei de illo, quia caecus fuisset, et vidisset, donec vocaverunt parentes ejus, qui viderat,*³¹

et interrogaverunt eos, dicentes: Hic est filius vester, quem vos dicitis, quia coecus natus est? Quomodo ergo nunc videt? Responderunt parentes ejus eis, et dixerunt: Scimus quia hic est filius noster, et, quia coecus natus est; quomodo autem nunc videat, nescimus.

*Et dixerunt: Ipsum interrogate, aetatem habet, ipse de se loquatur.*³² Scimus autem, quia filius noster est; sed juste cogemur loqui pro infante, quia ipse pro se loqui non

Ed egli diceva: «Sono io!». La voce era grata, perché l'ingrata non [lo]condannasse.

Allora gli domandarono: «In che modo ti sono stati aperti gli occhi?». Egli rispose: «L'uomo che si chiama Cristo ha fatto del fango, mi ha spalmato gli occhi e mi ha detto: "Va' alla piscina e lavati!". Io sono andato, mi sono lavato e ho acquistato la vista». Ecco che diventa annunciatore della grazia. Ecco che evangelizza, [da] veggente confessa. Il cieco confessa, il cuore degli empi ringhia, perché non avevano nel cuore ciò che lui ormai aveva sul volto.

Gli dissero: «Dov'è costui?».

Rispose: «Non lo so». In queste il suo animo era ancora simile a uno [già] unto ma che ancora non ci vede. Ma pensiamo, fratelli, [che è] come se avesse avuto l'unzione nell'anima, e predica, e non conosce colui di cui predica.

Condussero dai farisei quello che era stato cieco: era un sabato, il giorno in cui Gesù aveva fatto del fango e gli aveva aperto gli occhi. Anche i farisei dunque gli chiesero di nuovo come aveva acquistato la vista. Ed egli disse [...]: «Mi ha messo del fango sugli occhi, mi sono lavato e ci vedo». Allora alcuni dei farisei dicevano. Non tutti, ma alcuni; infatti già alcuni venivano unti. Che dicevano dunque quelli che non [erano] vedenti né unti?

«Quest'uomo non viene da Dio, perché non osserva il sabato». Lo osservava, semmai, lui, che era senza peccato. Infatti il sabato spirituale è ciò: non avere peccato. In sostanza, fratelli, Dio ci esorta a ciò, quando raccomanda il sabato: non farete alcun lavoro servile (Lv 23, 7). Queste sono le parole di Dio quando raccomanda il sabato: Non farete alcun lavoro servile. Ma interrogate le letture precedenti: cosa sia il lavoro servile, e ascoltate dal Signore: chiunque commette il peccato è schiavo del peccato (Gv 8, 34). Ma costoro che, come dicevo, non erano né veggenti né unti, osservavano il sabato nella carne, lo violavano nello spirito.

Altri invece dicevano: «Come può un peccatore compiere segni di questo genere?». Ecco, sono unti.

E c'era dissenso tra loro. Quel giorno⁶⁰ era diviso tra luce e tenebre.

Allora dissero di nuovo al cieco: «Tu, che cosa dici di lui, dal momento che ti ha aperto gli occhi?». Che ne pensi di lui? Come lo consideri? Come lo giudichi? Cercavano il modo per accusare falsamente l'uomo, perché fosse cacciato dalla sinagoga; ma sarebbe stato trovato da Cristo⁶¹. Ma egli invariabilmente espresse ciò che pensava. Disse infatti:

«È un profeta!». Di certo ancora non unto nel cuore, ancora non confessa il Figlio di Dio, e tuttavia non mente. Lo stesso Signore parlando di se stesso dice: «Un profeta non è disprezzato se non nella sua patria» (Mt 13, 57).

Ma i Giudei non credettero di lui che fosse stato cieco e che avesse acquistato la vista, finché non chiamarono i genitori di colui che aveva ricuperato la vista.

E li interrogarono: «È questo il vostro figlio, che voi dite essere nato cieco? Come mai ora ci vede?». I genitori di lui risposero: «Sappiamo che questo è nostro figlio e che è nato cieco; ma come ora ci veda non lo sappiamo.

E dissero: *Chiedetelo a lui: ha l'età, parlerà lui di sé». Sappiamo, in realtà, che è nostro figlio, ma saremmo giustamente costretti a parlare per un infante, perché non può*

Ille dicebat: Quia ego sum. Vox grata, ne damnaretur ingrata.

Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt oculi tui? Respondit: Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit, et unxit oculos meos, et dixit mihi: Vade ad natatoriam Siloe, et lava. Et abii, et lavi, et vidi.

Ecce annuntiator factus est gratiae;

ecce evangelizat, confitetur videns. Caecus ille confitebatur, et cor impiorum frangebatur; quia non habebant in corde, quod iam ille habebat in facie.

Dixerunt ei: Ubi est ille

qui tibi aperuit oculos?

Ait: Nescio. In his verbis animus ipsius adhuc inuncto similis erat, nondum videnti. Sic ponamus, fratres, tanquam illam inunctionem in animo habuerit. Praedicat, et nescit quem praedicat.

9. Adducunt eum ad Phariseos, qui caecus fuerat. Erat autem sabbatum quando lutum fecit Iesus, et aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum Pharisei quomodo vidisset. Ille autem dixit eis: Lutum posuit mihi super oculos, et lavi, et video. Dicebant ergo ex Phariseis quidam.

Non omnes, sed quidam: iam enim inungebantur quidam. Quid ergo dicebant, nec videntes, nec inuncti?

Non est hic homo a Deo, qui sabbatum non custodit. Ipse potius custodiebat, qui sine peccato erat. Sabbatum enim spiritale hoc est, non habere peccatum.

Denique, fratres, hoc admonet Deus, quando commendat sabbatum: *Omne opus servile non facietis*. Haec sunt verba Dei sabbatum commendantis: *Omne opus servile non facietis*. Jam superiores lectiones interrogate, quid sit opus servile; et Dominum audite: *Omnis qui facit peccatum, servus est peccati*.

Sed isti nec videntes, ut dixi, nec inuncti, sabbatum carnaliter observabant,

spiritualiter violabant.

Alii dicebant: Quomodo potest homo peccator haec signa facere?

Ecce sunt inuncti.

Et schisma erat in eis. Dies ille diviserat inter lucem et tenebras.

Dicunt ergo caeco iterum: Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Quid de illo sentis?

quid existimas? quid iudicas? Quaerebant quemadmodum homini calumniarentur, ut de synagoga pelleretur, sed a Christo inveniretur. Sed ille constanter quod sentiebat expressit. Ait enim:

Quia propheta est. Adhuc quidem inunctus in corde, nondum Dei Filium confitetur, nec mentitur tamen. Ipse enim Dominus de seipso ait: *Non est propheta sine honore, nisi in patria sua.*

10. Non crediderunt ergo Iudaei de illo quia caecus fuisset et vidisset, donec vocarent parentes eius qui viderat:

id est, qui caecus fuerat, et viderat.

Et interrogaverunt eos, dicentes: Hic est filius vester, quem vos dicitis quia caecus natus est? quomodo ergo nunc videt? Responderunt eis parentes eius, et dixerunt: Scimus quia hic est filius noster, et quia caecus natus est: quomodo autem nunc videat nescimus;

aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus.

Et dixerunt: Ipsum interrogate, aetatem habet, ipse de se loquatur. Filius quidem noster est, sed iuste cogemur loqui pro infante, quia ipse pro se loqui non posset:

²¹ Gv 9, 9.

²² Gv 9, 10-11 Vulg.: “Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit: Ille homo, qui dicitur Iesus, lutum fecit: et unxit oculos meos, et dixit mihi: Vade ad natatoriam Siloe, et lava. Et abii et lavi, et video.”; Sabatier in nota, oltre ad Agostino: “Fossat. *aperti sunt oculi tui?*”. La traduzione è allineata al testo latino.

²³ Gv 9, 12 Vulg.: “Et dixerunt ei: Ubi est ille? Ait: Nescio.”.

²⁴ Gv 9,13-16 Vulg.: “... Ille autem dixit eis: ...”; la traduzione viene allineata al testo latino.

²⁵ Gv 9,16 Vulg.: “Non est hic homo a Deo, qui sabbatum non custodit.” Sabatier in nota cita Agostino.

²⁶ Gv 9, 16.

²⁷ Gv 9, 16 Vulg.: “ Et schisma erat inter eos.”; Sabatier in nota: “Corb. vero habet *in eis*.”.

²⁸ Gv 9, 17.

²⁹ Gv 9, 17.

³⁰ In realtà Mt 13, 57; cfr Gv 4, 44

³¹ Gv 9, 18.

³² Gv 9, 19-21.

⁶⁰ Potrebbe trattarsi sia del sabato che del Signore. Agostino, rendendolo soggetto dell'azione, sembrerebbe propendere per quest'ultima interpretazione; molto più difficile mi è dirimere in Beda.

⁶¹ Cfr Gv 9,35.

posset: olim loquitur, modo videt, caecum a nativitate novimus. Loquentem olim scimus, videntem modo videmus, ipsum interrogate, ut instruamini.

*Haec dixerunt parentes ejus, quia timebant Judaeos; jam enim conspiraverant Judaei, ut si quis eum confiteretur Christum, extra synagogam fieret.*³³

Jam non erat malum extra synagogam fieri. Illi expellebant, sed Christus excipiebat: propterea parentes ejus dixerunt: *quia aetatem habet, ipsum interrogate.*³⁴

*Vocaverunt ergo rursum hominem, qui fuerat caecus, et dixerunt ei: Da gloriam Deo.*³⁵ Quid est, *da gloriam Deo?* Nega quod accepisti. Hoc plane non est gloriam Deo dare, sed Deum potius blasphemare. *Da, inquit, gloriam Deo.*

*Nos scimus, quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille: Si peccator est, nescio; unum scio, quia coecus essem, modo video. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos?*³⁶ Et ille iam stomachans adversus duritiam Judaeorum, et ex caeco videns, non ferens caecos,

*Respondit eis, Dixi vobis jam et audistis quid iterum vultis audire? Nunquid et vos vultis discipuli ejus fieri? Quid est, Nunquid et vos?*³⁷ nisi, quia ego jam sum? *Nunquid et vos vultis?* jam video, sed non video vos videre.

*Maledixerunt ei, et dixerunt: Tu discipulus ejus sis.*³⁸ Tale maledictum super nos, et super filios nostros. Maledictum est enim, si cor discutias, non si verba perpendas.

*Nos autem Mosi discipuli sumus. Nos scimus, quia Mosi locutus est Deus.*³⁹

Utinam sciretis quia Mosi locutus est Deus! sciretis quod per Mosen praedictus est Deus. Habetis enim Dominum dicentem: *Si crederetis Mosi, crederetis et mihi; de me enim ille scripsit (Joann. V)*⁴⁰. Itane? sequimini servum, et dorsum ponitis contra Dominum? Sed nec servum sequimini, nam per illum ad Dominum duceremini.

*Respondit ille homo, et dixit eis: In hoc mirabile est, quia vos nescitis unde sit, et aperuit oculos meos. Scimus autem quia peccatores Deus non exaudit; sed si quis Dei cultor est, et voluntatem ejus facit, hunc exaudit.*⁴¹ Adhuc inunctus loquitur; nam et peccatores exaudit Deus. Si enim peccatores Deus non exaudiret, frustra ille Publicanus oculos in terram demittens, et pectus suum percutiens, diceret: *Domine, propitius esto mihi peccatori (Luc. XVIII)*⁴²; et ista confessione meruit justificationem, quomodo iste caecus illuminationem.

Sed peccatoribus lavandum est cor poenitentiae lacrymis, ut exaudiantur; et fiet in corde illorum quod factum est in facie caeci hujus; et sentient Deum illos exaudire, qui, ut peccatores salvaret, venit in hunc mundum.

*A saeculo non est auditum quia aperuit quis oculos caeci nati. Nisi esset hic a Deo, non poterat facere quidquam.*⁴³ Libere et constanter

confessus est veritatem.

Haec enim, quae facta sunt a Domino, a quo fierent, nisi a Domino? aut quando a discipulis talia fierent, nisi in eis Dominus habitaret?

parlare da sé; da molto tempo parla, ora vede; sappiamo che è cieco dalla nascita. Sappiamo che parla da molto tempo, ora vediamo che vede; interrogate lui per essere edotti.

Questo dissero i suoi genitori, perché avevano paura dei Giudei; infatti i Giudei avevano già stabilito che, se uno lo avesse riconosciuto come il Cristo, venisse espulso dalla sinagoga. Ormai non era un male diventare “fuori dalla sinagoga”. Quelli espellevano, ma Cristo accoglieva. *Per questo i suoi genitori dissero: «Ha l’età: chiedetelo a lui!».*

Allora chiamarono di nuovo l’uomo che era stato cieco e gli dissero: «Da’ gloria a Dio! Che significa: Da’ gloria a Dio? Nega quanto hai ricevuto. Questo certo non è dare gloria a Dio, ma piuttosto bestemmiare Dio. Da’ gloria, dicono, a Dio!

Noi sappiamo che quest’uomo è un peccatore». Quello rispose: «Se sia un peccatore, non lo so. Una cosa io so: ero cieco e ora ci vedo». Allora gli dissero: «Che cosa ti ha fatto? Come ti ha aperto gli occhi?». E quello, ormai stomacato dall’ostinazione dei Giudei, da cieco [divenuto] vedente, non sopportando [quei] ciechi,

Rispose loro: «Ve l’ho già detto e non avete ascoltato; perché volete udirlo di nuovo? Volete forse diventare anche voi suoi discepoli?» Che significa forse anche voi, se non: io già lo sono? *Forse anche voi volete?* ormai vedo, ma non vi vedo vedere.

Lo insultarono e dissero: Suo discepolo sei tu! Sia su noi una tale ingiuria, e sui nostri figli. Ingiuria è infatti se spezzi il cuore, non se ponderi le parole.

Noi siamo discepoli di Mosè! Noi sappiamo che a Mosè ha parlato Dio.

Voglia il cielo che sappiate che a Mosè ha parlato Dio! sapreste che per mezzo di Mosè è stato preannunziato⁶² Dio. Ecco infatti il Signore che dice: *Se infatti credeste a Mosè, credereste anche a me; perché egli ha scritto di me.* (Gv 5, 46). E che? seguite il servitore e voltate le spalle al Signore? Ma non seguite neppure il servitore, infatti da lui sareste condotti al Signore.

Rispose loro quell’uomo: Proprio questo stupisce: che voi non sapete di dove sia, eppure mi ha aperto gli occhi. Sappiamo che Dio non ascolta i peccatori, ma che, se uno onora Dio e fa la sua volontà, egli lo ascolta. Ancora non unto⁶³ parla; Dio infatti esaudisce anche i peccatori. Se infatti Dio non esaudisse i peccatori, invano quel pubblicano, con gli occhi rivolti a terra e battendosi il petto, avrebbe detto: *Signore, abbi pietà di me peccatore* (Lc 18, 13); e per questa confessione meritò la giustificazione, come questo cieco l’illuminazione⁶⁴.

Ma è dei peccatori lavare il cuore con lacrime di pentimento, per essere esauditi; e succederà nel loro cuore ciò che è stato fatto al volto di questo cieco; e percepiranno che Dio li esaudisce, lui che, per salvare i peccatori, è venuto in questo mondo.

Da che mondo è mondo, non si è mai sentito dire che uno abbia aperto gli occhi a un cieco nato. Se costui non venisse da Dio, non avrebbe potuto far nulla. Con libertà e costanza

confessa la verità.

Queste opere, fatte dal Signore, da chi potrebbero essere fatte se non dal Signore? o quando avrebbero potuto essere fatte dai discepoli, se il Signore non avesse abitato in essi?

olim loquitur, modo videt; caecum a nativitate novimus, loquentem olim scimus, videntem modo videmus: ipsum interrogate, ut instruamini;

quid nobis calumniamini?

Haec dixerunt parentes eius, quia timebant Iudaeos. Iam enim conspiraverant Iudaei, ut si quis eum confiteretur Christum, extra synagogam fieret.

Iam non erat malum fieri extra synagogam. Illi expellebant, sed Christus excipiebat. *Propterea parentes eius dixerunt: Quia aetatem habet, ipsum interrogate.*

11. *Vocaverunt ergo rursum hominem qui fuerat caecus, et dixerunt ei: Da gloriam Deo. Quid est: Da gloriam Deo? Nega quod accepisti. Hoc plane non est gloriam Deo dare, sed Deum potius blasphemare Da, inquit, gloriam Deo.*

Nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille: Si peccator est, nescio; unum scio, quia caecus cum essem, modo video. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Et ille iam stomachans adversus duritiam Iudaeorum, et ex caeco videns, non ferens caecos,

respondit eis: Dixi iam vobis, et audistis; quid iterum vultis audire? Numquid et vos vultis discipuli ejus fieri? Quid est: Numquid et vos, nisi, quia ego iam sum? Numquid et vos vultis? Iam video, sed non invideo.

12. *Maledixerunt ei, et dixerunt: Tu discipulus ejus sis. Tale maledictum super nos, et super filios nostros. Maledictum enim est, si cor discutias, non si verba perpendas.*

Nos autem Moysi discipuli sumus: nos scimus quia Moysi locutus est Deus,

istum autem nescimus unde sit.

Utinam sciretis quia Moysi locutus est Deus; sciretis quia per Moysen praedicatus est Deus. Habetis enim Dominum dicentem: *Si crederetis Moysi, crederetis et mihi; de me enim ille scripsit.* Itane sequimini servum,

et dorsum ponitis contra Dominum? Sed nec servum sequimini; nam per illum ad Dominum duceremini.

13. *Respondit ille homo, et dixit eis: In hoc mirabile est, quia vos nescitis unde sit, et aperuit oculos meos. Scimus autem quia peccatores Deus non audit; sed si quis Dei cultor est, et voluntatem ejus facit, hunc exaudit.* Adhuc inunctus loquitur. Nam et peccatores exaudit Deus. Si enim peccatores Deus non exaudiret, frustra ille Publicanus oculos in terram demittens et pectus suum percutiens diceret: *Domine, propitius esto mihi peccatori.* Et ista confessio meruit iustificationem, quomodo iste caecus illuminationem.

A saeculo non est auditum quia aperuit quis oculos caeci nati. Nisi esset hic a Deo, non poterat facere quidquam. Libere, constanter,

veraciter.

Haec enim quae facta sunt a Domino, a quo fierent nisi a Deo? Aut quando a discipulis talia fierent, nisi in eis Dominus habitaret?

³³ Gv 9, 22.

³⁴ Gv 9, 23.

³⁵ Gv 9, 24.

³⁶ Gv 9, 24-26.

³⁷ Gv 9, 27.

³⁸ Gv 9, 28.

³⁹ Gv 9, 28-29.

⁴⁰ Gv 5, 46 Vulg.: “Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi; de me enim ille scripsit.”; Sabatier in nota: “Iren. l. 4. c. 10. p. 239.b. *Si enim crederetis Moysi, crederetis & mihi* [...]; supra vero, c. 2. 229. d. *Si credidissetis Moysi, Credidissetis & mihi.* Cypr. l. 1. Testim. p. 280. b. *Si enim credidistis Moysi, crederetis & mihi:* [...] Ambr. l. de apol. Dav. col. 725. d. & l. 7. in Luc. 1456. e. *Si enim crederetis Moysi, crederetis & mihi* [...] Similiter August. [...] Faustus [...] & *si crederetis Moysi, crederetis & mihi.*”.

⁴¹ Gv 9, 30-31.

⁴² Lc 18, 13 VUlg.: “Deus propitius esto mihi peccatori.”; il testo italiano viene allineato al latino.

⁴³ Gv 9, 32-33.

⁶² Agostino ha “praedicatus”, che può riferirsi a Cristo, ma anche a Dio padre; il “praedictus” di Beda mi sembra non lasciare scelta e impone, come non solo qui accade, di riferire “Deus” a Cristo.

⁶³ Nel cuore.

⁶⁴ Mantengo qui “illuminazione” perché mi sembra che, oltre alla luce degli occhi, voglia riferirsi anche all’illuminazione del cuore, che sta per essere.

*Responderunt, et dixerunt: In peccatis natus es totus.*⁴⁴ Quid est totus? Cum oculis clausis, sed qui aperuit oculos, salvat et totum. Ipse dabit in corde resurrectionem, qui in facie dat illuminationem.

In peccatis totus natus es.

*Et tu doces nos? Et ejecerunt eum foras.*⁴⁵ Ipsi illum magistrum fecerunt; ipsi, ut discerent, toties interrogaverunt, et interrogati docentem proiecerunt.

Sed quid dixi jam dudum, fratres. Illi pellunt, Dominus suscipit; magis enim quia expulsus est, Christianus factus est.

Certe projectus est iste de synagoga.

Audivit Jesus, et venit ad eum, et dixit ei: Tu credis in Filium Dei?

*Et ille: Quis es?*⁴⁶, Domine, ut credam in eum?⁴⁷ Videbat autem, et non videbat. Videbat oculis tantum, sed corde adhuc non videbat. Ait illi Dominus: *Et vides eum, hoc est, oculis: et qui loquitur tecum, ipse est.*⁴⁸ Audivit ergo Jesus, quia ejecerunt eum foras, et cum invenisset eum, dixit ei: *Tu credis in filium Dei?*

Modo lavat faciem cordis. Respondit ille, et dixit:

Quis es? Domine, ut credam in eum?

*Et dixit ei Jesus: Et vidisti eum; et qui loquitur tecum, ipse est.*⁴⁹

*Tunc prostratus adoravit eum.*⁵⁰ Nunc lavat faciem cordis.

Denique jam facie lota cordis, et mundata conscientia, agnoscens illum non Filium hominis tantum, quod ante crediderat, sed etiam Filium Dei, quem videbat, ait:

*Credo, Domine.*⁵¹ Sed parum est dicere Credo; vis videre qualem credat?

Procidens adoravit eum.

Si eum Dei Filium non credidisset, quem videbat, nullatenus adorasset eum. Incumbite ergo orationibus, peccatores, confitemini peccata vestra, orate ut deleantur, orate ut minuantur, orate ut vobis proficientibus ipsa deficiant; tamen nolite desperare, et peccatores orate.

Quis enim non peccavit? A sacerdotibus incipe. Sacerdotibus dictum est: *Prius offerite sacrificia pro peccatis vestris, et sic pro populo* (Ezech. IX; Hebr. VII⁵²). Sequitur:

In iudicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant; et qui vident, caeci fiant. Quid est quod dicit:

In iudicium ego in hunc mundum veni,

dum alio loco dicit: *Non enim veni ut iudicem mundum?*⁵³ nisi quia aliud est iudicium discretionis, aliud est iudicium damnationis, de quo Dominus ipse ait alibi: *Qui non credit in me, jam iudicatus est* (Joan. III), id est, damnatus. Hic enim in hoc loco, sicut in sequentibus verbis patet, iudicium discretionis significare, dum ait:

Ut qui non vident, videant;

*et qui vident, caeci fiunt.*⁵⁴

Quid est ut qui non vident, videant? id est:

Qui se non videre confitentur, et medicum quaerunt, ut videant; et qui vident, caeci fiant. Quid est, *qui vident, caeci fiant?*

Id est, qui se putant videre, et medicum non quaerunt, sed in sua caecitate permanent. Ergo istam discretionem vocavit iudicium,

qua discernit humiles a superbis, credentes a non credentibus, medicum quaerentes, ab

Gli replicarono: Sei nato tutto nei peccati.. Che significa tutto? Con gli occhi chiusi; ma chi apre gli occhi salva anche tutto. Lui darà al cuore la risurrezione, lui che dà luce al volto.

Sei nato tutto nei peccati.

E insegna a noi? E lo cacciarono fuori. Loro stessi lo hanno fatto maestro; loro stessi, per imparare, lo hanno tanto interrogato, e, interrogati, scacciano il docente.

Ma ho detto qualcosa già prima, fratelli. Essi lo scacciano, e il Signore lo accoglie; anzi è proprio perché espulso egli è diventato cristiano.

Di certo è stato espulso dalla sinagoga.

Gesù seppe, [e venne a lui], e gli disse: «Tu, credi nel Figlio di Dio?».

Egli rispose: «E chi è, Signore, perché io creda in lui?». Dunque vedeva, e non vedeva. Vedeva solo con gli occhi, ma col cuore ancora non vedeva. Il Signore gli disse: *Lo hai visto*, cioè con gli occhi: *è colui che parla con te.* Dunque il Signore sentì che lo avevano buttato fuori e, trovatolo, gli disse: *Tu, credi nel Figlio di Dio?*

Adesso gli lava il volto del cuore. *Egli rispose, [e disse]:*

E chi è, Signore, perché io creda in lui?

Gli disse Gesù: «Lo hai visto: è colui che parla con te».

E prostratosi lo adorò. Ora lava il volto del cuore.

Lavato finalmente il volto del cuore, e purificata la coscienza, riconoscendo in lui non solo il Figlio dell'uomo, che già prima aveva creduto, ma anche il Figlio di Dio che vedeva, disse: *«Credo, Signore!».* Ma è poco dire Credo; vuoi vedere come lo creda? *E si prostrò dinanzi a lui.*

Se non avesse creduto Figlio di Dio colui che vedeva, per nessun motivo lo avrebbe adorato. Quindi, peccatori, tuffatevi nelle orazioni, confessate i vostri peccati, pregate perché siano cancellati, pregate perché siano sminuiti, pregate perché grazie ai vostri progressi essi vengano meno; dunque non disperate, e pregate, peccatori. Chi infatti non ha peccato? Comincia dai sacerdoti. Ai sacerdoti viene detto *di offrire sacrifici, prima per i propri peccati e poi per quelli del popolo* (cfr Eb 7, 27; 5, 3). Prosegue:

Io sono venuto in questo mondo per fare un giudizio: perché vedano quelli che non vedono e quelli che vedono diventino ciechi (Gv 9, 39). Che vuol dire questo:

Io sono venuto in questo mondo per fare un giudizio, mentre in altro passo dice: *non sono venuto per condannare il mondo?* se non che altro è il giudizio per distinguere, altro il giudizio di condanna,⁶⁵ di cui lo stesso Signore dice altrove: *chi non crede [in me] è già stato giudicato* (Gv 3, 18), cioè condannato. Infatti in questo passo, come risulta chiaro dalle parole che seguono, viene indicato il giudizio di distinzione, quando si dice:

perché coloro che non vedono, vedano

e quelli che vedono, diventino ciechi.

Che significa coloro che non vedono, vedano? Significa:

Quanti riconoscono di non vedere e cercano il medico, per vedere; e quelli che vedono diventano ciechi. Che significa: *e quelli che vedono, diventino ciechi?* Che quanti si illudono di vedere e non cercano il medico, rimangono nella loro cecità. Questa discriminazione la chiama giudizio;⁶⁶

per suo mezzo distingue gli umili dai superbi, chi crede da chi non crede, chi cerca il

14. Responderunt, et dixerunt ei: In peccatis natus es totus. Totus quid est? Cum oculis clausis. Sed qui aperuit oculos, salvat et totum: ipse dabit ad dexteram resurrectionem, qui in facie dedit illuminationem.

In peccatis totus natus es,

et tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Ipsi illum magistrum fecerunt, ipsi ut discerent toties interrogaverunt, et ingrati docentem proiecerunt.

15. Sed quod dixi iam dudum, fratres, illi pellunt, excipit Dominus: magis enim quia expulsus est, christianus factus est.

Audivit Iesus quia eiecerunt eum foras, et cum invenisset eum dixit ei: Tu credis in Filium Dei?

Modo lavat faciem cordis. Respondit ille, et ait,

quasi adhuc inunctus:

Quis est, Domine, ut credam in eum?

Et dixit ei Iesus: Et vidisti eum, et qui loquitur tecum, ipse est.

Missus est ille, iste lavans faciem in Siloe, quod interpretatur Missus.

Denique iam facie lota cordis et mundata conscientia, agnoscens eum non filium hominis tantum, quod ante crediderat, sed iam Filium Dei qui carnem susceperat, ait:

Credo, Domine. Parum est: *Credo*; vis videre qualem credat?

Procidens adoravit eum.

Modo dies ille est, inter lucem et tenebras discernens.

16. Et dixit ei Iesus. Modo dies ille est, inter lucem et tenebras discernens.

In iudicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant; et qui vident, caeci fiant. Quid est hoc,

Domine? Magnam quaestionem fessis intulisti: sed erige vires nostras, ut possimus intellegere quod dixisti.

⁴⁴ Gv 9, 34.

⁴⁵ Gv 9, 34.

⁴⁶ Nel testo c'è "es", che ritengo evidente errore

⁴⁷ Gv 9, 35-36 Vulg.: "Audivit Jesus quia ejecerunt eum foras: et cum invenisset eum, dixit ei: Tu credis in Filium Dei? Respondit ille, et dixit: Quis est, Domine, ut credam in eum?"; come si può notare la citazione ha subito un notevole snellimento, che non ho trovato testimoniato in Sabatier; la traduzione viene adeguata.

⁴⁸ Gv 9, 37.

⁴⁹ Gv 9, 37.

⁵⁰ Gv 9, 38 Vulg.: "Et procidens adoravit eum."; il testo italiano è allineato a quello latino.

⁵¹ Gv 9, 38.

⁵² In realtà cfr Eb 7, 27; 5, 3; cfr Lv 9, 7. Pur non essendo, il latino, citazione strettamente testuale, mantengo il corsivo perché la traduzione NCEI rispecchia bene il testo latino.

⁵³ Gv 12, 47. Un versetto parallelo è usato da Agostino in questo medesimo tractatus 44, poco oltre, al §17, evidenziato pari colore.

⁵⁴ Gv 9, 39

⁶⁵ Questo tema è accostato da Agostino in questo medesimo tractatus 44, poco oltre, al §17, evidenziato pari colore. Più ampiamente al §5 del tractatus 22, non utilizzato da Beda.

⁶⁶ Tutto questo passo evidenziato in verde è ripreso da questo stesso trattato 44 di Agostino al §17, poco oltre evidenziato pari colore.

eis qui medicum quaerere contemnunt. O Domine, venisti ut qui non vident videant; recte, quia lumen es; recte, quia dies es; recte, quia a tenebris liberas homines. Hoc omnis anima accipiat, hoc omnis anima intelligat, ut non maneant in tenebris, sed illuminentur ab eo qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum (Joan. I).

Commoti sunt ergo verbis istis quidam ex Pharisaeis:

*Et dixerunt ei: Nunquid et non caeci sumus?*⁵⁵ Audi jam quid est quod eos movebat: *Et qui vident, caeci fiant.*

*Dixit eis Jesus: Si caeci essetis, non haberetis peccatum.*⁵⁶ Cum sit caecitas ipsa peccatum, si caeci essetis, id est, si vos caecos adverteretis, si vos caecos diceretis, et ad medicum curreretis; si ergo ita caeci essetis, non haberetis peccatum.

*Nunc vero quia dicitis, quia videmus, peccatum vestrum manet.*⁵⁷ Quare? quia dicendo *Videmus*, medicum non quaeritis, in caecitate vestra remanetis.

medico da chi sdegnava di cercare il medico.⁶⁷ O Signore, sei venuto perché coloro che non vedono, vedano; è giusto, perché sei luce; è giusto, perché tu sei giorno; è giusto, perché liberi gli uomini dalle tenebre. Questo ogni anima accolga, questo ogni anima comprenda, così da non rimanere nelle tenebre, ma da essere illuminata da chi illumina ogni uomo che viene in questo mondo (Gv 1, 9 Vulg).

Colpiti sul vivo da queste parole, alcuni farisei

gli dissero: «Siamo ciechi anche noi?». Senti ora cos'è che li turbava: e quelli che vedono, diventino ciechi.

Gesù rispose loro: Se foste ciechi, non avreste alcun peccato. Essendo la cecità stessa un peccato, se foste ciechi, cioè se vi rendeste conto di essere ciechi, se diceste di esserlo, e ricorreste al medico; se dunque foste ciechi in questo senso, non avreste peccato.

Ma siccome dite: "Noi vediamo", il vostro peccato rimane. Perché? perché dicendo noi vediamo, non cercate il medico, e rimanete nella vostra cecità.

Venisti ut qui non vident, videant: recte, quia lumen es; recte, quia dies es; recte, quia de tenebris liberas: hoc omnis anima accipit, omnis intellegit.

Quid est hoc quod sequitur: *Et qui vident, caeci fiant?* Ergone quia venisti, caeci fient qui videbant? Audi quid sequitur, et fortassis intelleges.

17. Commoti sunt ergo verbis istis quidam ex Pharisaeis,

et dixerunt ei: Nunquid et nos caeci sumus? Audi iam quid est quod movebat:

Et qui vident, caeci fiant.

Dixit eis Jesus: Si caeci essetis, non haberetis peccatum. Cum sit caecitas ipsa peccatum. Si caeci essetis, id est, si vos caecos adverteretis, si vos caecos diceretis, et ad medicum curreretis; si ergo ita caeci essetis, non haberetis peccatum:

quia veni ego auferre peccatum.

Nunc vero dicitis: Quia videmus: peccatum vestrum manet. Quare? Quia dicendo: *Videmus*, medicum non quaeritis, in caecitate vestra remanetis.

Hoc est ergo quod paulo ante non intellexeramus quod ait: *Ego veni, ut qui non vident, videant:* quid est, *ut qui non vident, videant?* Qui se non videre confitentur, et medicum quaerunt, ut videant. *Et qui vident, caeci fiant:* quid est, *qui vident, caeci fiant?* Qui se putant videre, et medicum non quaerunt, in sua caecitate permanet. Ergo istam discretionem vocavit iudicium,⁷⁰

cum ait: *In iudicium veni in hunc mundum*, quo discernit causam credentium et confitentium a superbis, se videre putantibus, et ideo gravius excaecatis; tamquam dixerit ei peccator confitens et medicum quaerens: *Iudica me, Deus, et discerne causam meam de gente non sancta:* illorum scilicet qui dicunt: *Videmus*, et eorum peccatum manet. Non autem illud iudicium iam intulit mundo, quo de vivis et mortuis in fine saeculi iudicabit. Secundum hoc enim dixerat: *Ego non iudico quemquam:* quoniam prius venit, *non ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum.*

⁵⁵ Gv 9, 40.

⁵⁶ Gv 9, 41.

⁵⁷ Gv 9, 41.

⁶⁷ Poco trova corrispondenza, seppur non testuale, più avanti, di seguito al passo evidenziato in verde, in poche righe evidenziate pari colore.

⁷⁰ Tutto questo passo evidenziato in verde è utilizzato da Beda qui poco sopra, evidenziato pari colore.